



KNY-18-00600





P O S I T I O N E S
E X
J U R E P A T R I O
H U N G A R I C O

I N P R A E L E C T I O N I B U S
J O A N N I S J O S E P H I Z E L E N A Y,
Professoris Publici Ordinarii.

P R I M I A N N I
A U D I T O R I B U S E X P L A N A T O
D E S U M P T A E,

Q U A S
I N D E C I M A C O L L E G I A L I D I S P U T A T I O N E
Defendebat

N O B I L I S , A C E R U D I T U S D O M I N U S
J O A N N E S N E P . V O J K F F Y D E K L O K O C H ,
Croata ex Comitatu Zagrabienfi.

I M P U G N A N T I B U S
Nobilibus, ac Eruditis Dominis

J O A N N E V I N K L E R , T r a n s y l v a n o e x C o m . C a r o l i n e n s i .
A N T O N I O N O V O S Z E L , C r o a t a e x C o m i t a t u Z a g r a b i e n s i .
J O S E P H O A N C H E L Y I , U n g a r o e x C o m . V e s z p r i m i e n s i .


I N J U R I D I C O
U N I V E R S I T A T . T Y R N A V I E N S I S
A U D I T O R I O

Anno MDCCCLXXIV. Die Mensis Augusti.

Typis Tyrnaviensibus , Anno ut supra.

KNY-18-00600





I.

Remedium Depositionis causæ, competit solum Actoribus principalibus, non item Ingerentibus.

II.

Depositiō causæ locum habere videtur etiam post Definitivam sententiam, a revisione appellatæ pendente.

III.

Appellationis beneficium non censetur esse præclusum, tametsi in contractu omnia juridica remedia generice præscripta fuerint.

IV.

Oppositionis ratio (præter casus in Art. 33. & 34. 1729. specificatos) redditur sufficiens, etiam ex manifesta iudicatus in competentia. Item si Executio sub iuristito tentetur; Pariter ubi denominandi facultas Incatto competit, & citra eam Executio peragitur; ne secus dum Incatto pro Inquisitione adversus actoris principia peragenda terminus de jure admittendus per Judicem negatur.

V.

Cuicumque licita est oppositio, illi competit etiam Reoccupatio Bonorum; quæ sensu legum intra Annum duntaxat pro tali censetur, ex post autem facta, simplicem tantummodo occupationem sapit.

VI.

Ad acquisitionem porro pœnarum brachialium oppositionis vel reoccupationis; Ignobiles etiam suo actoratu procedere possunt: Imo & ex secundaria oppositione ad actum majoris potentiae.

V I I.

Penes solum Mandatum re executorium Bona re exequi tentanti, triumphans in possessorio constitutus semet opponens, aut re executata taliter reoccupans, nec in pœnis brachialibus, nec etiam in pœna non obtemperationis mandatorum convinci poterit.

V I I I.

Regni Legibus spectatis, oppositionis remedium competit etiam Civibus Liberarum & Regiarum Civitatum, ac aliis fundos Civiles tenentibus.

I X.

Repulsio formalis institui non poterit ex rationibus oppositionem fundantibus; verum ratio ejus ex meritoriis causæ principiis depromenda venit.

X.

Novum Judicium tam simplex, quam & cum Gratia, extra Dominium præcise locum habet; in quo reproductio primævi Processus magis incumbere videtur Novifanti, quam Novifato.

X I.

In causâ Novi judicii Exceptiones contra formam novi, & aliæ legales interponendæ sunt, ante reproductionem Processus primævi.

X I I.

Ex rerum divisione orta est possessio; ex hac autem introductum dominium.

X I I I.

Res deperditæ priori Domino restitui debent; hoc autem non reperto, manent inventori.

X I V.

Fundus per alluvionem augmentatus, in casu pignoris vel arendæ, non fructificat proprietario, sed possessori.

X V.

Obligatio quævis, aut est Naturalis tantum, aut Civilis Naturali conjuncta, pura Civilis autem non datur.



